

Lib. H. D. de Maryland prædict. et partibus Maritimis eorundem et eisdem adjacentibus quibuscunq. Audiendis terminandis assignatis seu assignandis contingentibus seu impositis aut imponendis vel infligendis seu aliquo modo assidendis afferendis forisfaciendis seu adjudicandis aut aliquo modo occasione præmissorum Nobis vel Hæredibus seu Successoribus Nostris in ea parte qualitercunq. debitis sive debendis. quibuscunq. petendum Exigendum levandum capiendum colligendum recipiendum et obtinendum ac ad Usus Nostrum ac Officii Magni Admiralli Nostri Angliæ prædict. pro tempore existente custodiendum et conservandum Ac insuper Recognitiones Cautiones Obligationes et stipulationes quascunq. tam ad Usus Nostrum quam ad quarumcunq. partium instantium pro Conventionibus seu debitis ac aliis Causis quibuscunq. capiendum Easq. Executioni ponendum et exequi faciendum et Mandandum Nec Non Naves personas Res bona Merces et Mercimonia quæcunq. pro præmissis et eorum quolibet ac aliis Causis quibuscunq. ea concernentibus Ubicunq. locorum per dict. provinciam & Territorium Nostros de Maryland prædict. et partes Maritimas Eorundem & eisdem adjacentes quascunq. infra Libertates et ffrancheiss vel extra fuerint inventa seu reperta Atque etiam pro aliis conventionibus Causis seu Debitis quibuscunq. qualitercunq. contractis sive Emergentibus dumodo Bona seu Personæ Debitorum reperiuntur infra Jurisdictionem Nostram prædict. juxta Leges Civiles et Maritimas & consuetudines ab antiquo Usitatas realiter arretandum et Arrestari faciendum et Mandandum Ipsasq. cum suis emergentibus dependentibus incidentibus Annexis et connexis Causis et Negotiis quibuscunq. Una cum cæteris Causis Civilibus et Maritimis atq. querelis contractibus et aliis præmissis omnibus et singulis quibuscunq. superius respective expressis juxta Leges et consuetudines prædict. ac aliis viis Modis et Mediis legitimis quibus melius sciveris aut poteris Audiendum examinandum discutiendum & fine debito

P. 13 terminandum ac personas quascunq. in ea parte provt Casus Exiget comparere et respondere cum cujuslibet coercionis temporalis alteriusq. pœnæ et mulctæ potestate juxta Leges et consuetudines prædict. compellendum ac Justitiam faciendum et Ministrandum etiam Juris Ordine Servato seu Velo levato sine strepitu et figura Judicii sola facti & Rei Veritate inspecta procedendum Reosq. et Contemptores Juris seu Jurisdictionis Adm<sup>is</sup> Nostræ Violatores Vsurpatores delinquentes & contumaciter absentes Naucleros Marinarios Remiges piscatores Naupegos et alios operarios et expertos quoscunq. Res Nauticas quascunq. exercentes juxta Jura Statuta Leges Ordinationes consuetudines ab antiquo observatas, Mulctandum corrigendum puniendum castigandum et Reformandum ac in qui-